<p>83. Et ex contrario omnes res tam Mancipi quam nec Mancipi mulieribus et pupillis sine tutoris auctoritate solvi possunt, quoniam meliorem conditionem suam facere eis etiam sine tutoris auctoritate concessum est.</p> <p style="text-align: center;"><b>24</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai 1. 190</b></p> <p>190. Feminas vero perfectae aetatis in tutela esse fere nulla pretiosa ratio suasisse videntur; nam quae vulgo creditur, quin levitate animi plerumque decipiuntur et aequum erat eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa videntur quam vera; mulieres enim quae perfectae aetatis sunt, ipsae sibi negotia tractant et in quibusdam causis dicis gratia tutor interponit auctoritatem suam; saepe etiam invitus auctor fieri a praetore cogitur.</p> <p style="text-align: center;"><b>25</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 1.5.9 (Papinianus 31 quaest.)</b></p> <p>In multis iuris nostri articulis deterior est condicio feminarum quam masculorum.</p> <p style="text-align: center;"><b>26</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 22.6.9pr. (Paulus l.S. de iuris et facti ign.)</b></p> <p>Regula est iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere. videamus igitur, in quibus speciebus locum habere possit, ante praemisso quod minoribus viginti quinque annis ius ignorare permissum est. quod et in feminis in quibusdam causis propter sexus infirmitatem dicitur: et ideo sicubi non est delictum, sed iuris ignorantia, non laeduntur. hac ratione si minor viginti quinque annis filio familias crediderit, subvenitur ei, ut non videatur filio familias credidisse.</p>	<p>83. Viceversa, a donne e pupilli possono esser pagate, senza autorizzazione del tutore, tutte le res, giacché essi per migliorare la loro condizione non hanno bisogno di alcuna autorizzazione del tutore.</p> <p style="text-align: center;"><b>24</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gaio 1. 190</b></p> <p>190. Riguardo alla disposizione che sottopone a tutela le donne di età matura, ci pare, che nessuna valida ragione l'abbia potuta giustificare; infatti, a mio avviso, l'opinione popolare (il luogo comune), che ritiene equo che le donne, per lo più raggirate a causa della loro leggerezza di spirito, siano guidate dall'autorità di un tutore, contiene un motivo piuttosto apparente che vero. Infatti, le donne d'età matura trattano i loro affari da sole, e solo in certi casi e per formalità, il tutore interpone la sua autorizzazione; ed è anche, spesso, costretto dal pretore ad interporla contro la sua volontà.</p> <p style="text-align: center;"><b>25</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 1.5.9 (Papiniano 31 questioni)</b></p> <p>In molti punti del nostro diritto la condizione delle femmine è inferiore a quella dei maschi.</p> <p style="text-align: center;"><b>26</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 22.6.9pr. (Paulus l.S. de iuris et facti ign.)</b></p> <p>E' regola, che nuoce l'ignoranza al diritto, non già quella di fatto. Vediamo aunque in quali casi possa aver luogo, premettendo però che ai minori di 25 anni è permesso ignorare il diritto: il che anche per le femmine si ammette in talune cause, a motivo della debolezza del loro sesso: e però se mai non vi è delitto, ma ignoranza di diritto non vengono lese. Per questa ragione se un minore di 25 anni abbia fatto credito ad un figlio di</p>
---	--

<p style="text-align: center;"><b>27</b></p> <p><b>D. 49.14.18pr. (Marcianus l.S. de delator.)</b></p> <p>Deferre non possunt mulieres propter sexus infirmitatem, et ita sacris constitutionibus cautum est.</p>	<p>famiglia, sarà soccorso, talché sembri che non abbia fatto credito ad un figlio di famiglia.</p> <p style="text-align: center;"><b>27</b></p> <p><b>D. 49.14.18pr. (Marcianus l.S. de delator.)</b></p> <p>Non possono denunciare le donne a cagione della debolezza del loro sesso; e ciò è prescritto dalle sacre costituzioni.</p>
<p style="text-align: center;"><b>28</b></p> <p><b>D. 16.1.2.2 (Ulpianus 29 ad ed.)</b></p> <p>Verba itaque senatus consulti excutiamus prius providentia amplissimi ordinis laudata, quia opem tulit mulieribus propter sexus inbecillitatem multis huiuscemodi casibus suppositis atque obiectis.</p>	<p style="text-align: center;"><b>28</b></p> <p><b>D. 16.1.2.2 (Ulpianus 29 ad ed.)</b></p> <p>Discutiamo dunque le parole del senatoconsulto, lodando prima il provvedimento di quell'ordine amplissimo, perché portò soccorso alle donne, per la debolezza del sesso soggette ed esposte a molti casi di simile genere.</p>
<p style="text-align: center;"><b>29</b></p> <p><b>D. 26.1.16pr. (Gaius 12 ad ed. provinc.)</b></p> <p>Tutela plerumque virile officium est.</p>	<p style="text-align: center;"><b>29</b></p> <p><b>D. 26.1.16pr. (Gaius 12 ad ed. provinc.)</b></p> <p>Generalmente la tutela è un ufficio virile</p>
<p style="text-align: center;"><b>30</b></p> <p><b>D. 26.1.18 (Nerva 3 reg.)</b></p> <p>Feminae tutores dari non possunt, quia id munus masculorum est, nisi a principe filiorum tutelam specialiter postulent.</p>	<p style="text-align: center;"><b>30</b></p> <p><b>D. 26.1.18 (Nerva 3 reg.)</b></p> <p>Le femmine non possono esser date per tutori, essendo questo ufficio proprio dei maschi, salvo che tassativamente domandino al Principe la tutela dei figli.</p>
<p style="text-align: center;"><b>31</b></p> <p><b>D. 47.23.6 (Ulpianus 25 ad ed.)</b></p>	<p style="text-align: center;"><b>31</b></p> <p><b>D. 47.23.6 (Ulpianus 25 ad ed.)</b></p>

<p>Mulieri et pupillo populares actiones non dantur, nisi cum ad eos res pertineat.</p>	<p>Alla donna e al pupillo non sono concesse le azioni popolari, se non quando l'affare a essi appartiene.</p>
<p style="text-align: center;">32</p>	<p style="text-align: center;">32</p>
<p style="text-align: center;"><b>D. 50.17.2pr. (Ulpianus 1 ad sab.)</b></p>	<p style="text-align: center;"><b>D. 50.17.2pr. (Ulpianus 1 ad sab.)</b></p>
<p>Feminae ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotae sunt et ideo nec iudices esse possunt nec magistratum gerere nec postulare nec pro alio intervenire nec procuratores existere.</p>	<p>Le femmine sono tenute lontane da tutti gli uffici civili e pubblici, e perciò non possono essere giudici né suggerire una magistratura, non possono dimandare in giudizio, né garantire per altri, né fare da procuratori.</p>
<p style="text-align: center;">33. <b>CIL I2 1211 = CIL VI 15346 = ILLRP 973 (Laudatio Claudiae)</b></p>	<p style="text-align: center;">33. <b>CIL I2 1211 = CIL VI 15346 = ILLRP 973 (Elogio di Claudia)</b></p>
<p>Hospes quod deico paullum est asta ac pellege/ h{e}ic est sepulcrum hau(d) pulc(h)rum pulcrae feminae/ nomen parentes nominarunt Claudiam/ su&lt;o&gt;m mareitum corde deilexit s{o}uo/ gnatos duos creavit horunc alterum/ in terra linquit alium sub terra locat/ sermone lepido tum autem incessu commodo/ domum servavit lanam fecit dixi ab{e}i.</p>	<p>Straniero, ho poco da dire: fermati e leggi. Questo è il sepolcro non bello d'una donna che fu bella. I genitori la chiamarono Claudia. Amò il marito con tutto il cuore. Mise al mondo due figli: uno lo lascia sulla terra, l'altro l'ha deposto sotto terra. Amabile nel parlare, onesta nel portamento, custodì la casa, filò la lana. Ho finito. Va' pure.</p>
<p style="text-align: center;">34. <b>CIL VI 1527, 31670, 37053 = ILS 8393 (Laudatio Turiae)</b></p>	<p style="text-align: center;">34. <b>CIL VI 1527, 31670, 37053 = ILS 8393 (Elogio di Turia)</b></p>
<p>Il. 30-34: domestica bona pudici[t]iae, opsequi, comitatis, facilitatis, lanificii stud [ii, religionis] sine superstitione, o[r]natus non conspicendi, cultus modici, cur [memorem cur dicam de cari] tate familiae, pietate [c]um aequae matrem meam ac tuos parentes col[ueris, non alia mente] illi quam tuis curaveris, cetera innumerabilia habueris commun[ia cum omnibus] matronis dignam famam colentibus. Propria sunt tua quae vindico, ac quorum pauci in similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent, quae rara ut essent hominum fortuna cavet.</p>	<p>Il. 30-34. A che rievocare le tue virtù domestiche, la castità, il rispetto, l'amabilità, l'arrendevolezza, l'assiduità al telaio, la religione senza superstizione, la modestia dei gioielli, la sobrietà del vestire? A che parlare del tuo affetto per i tuoi, la dedizione alla famiglia, la deferenza che dimostristi verso mia madre, come avevi fatto con i tuoi, la serenità che le procurasti, come ai tuoi: queste e altre doti innumerevoli le avesti in comune con tutte le matrone che tengono al loro buon nome. Quelle che io proclamo sono virtù che furono tue soltanto, poiché pochi si sono ritrovati in circostanze tali che quelle virtù potessero apparire e rifulgere: la sorte umana ha fatto sì che casi del genere siano rari.</p>
<p style="text-align: center;">35. <b>CIL VI 10230 = ILS 8394 (Laudatio Murdiae)</b></p>	<p style="text-align: center;">35. <b>CIL VI 10230 = ILS 8394 (Elogio di Murdia)</b></p>
<p>Il. 25: (...) modestia, probitate, pudicitia, opsequio, lanificio, diligentia, fide, par</p>	<p>Il. 25: (...) Fu uguale e simile ad altre donne pre bene in modestia integrità pudicitia</p>

<p>similisque ceteris probeis feminis fuit (...).</p> <p style="text-align: center;"><b>36.</b> <b>CIL II.2.5 191 = CIL II 1699</b> <b>(Laudatio Caesia Caelsae)</b></p> <p>Caesia T(iti) f(ilia) Celsa an(norum) LXV h(ic) s(ita) e(st) quod voto petiere suis plerumque parentes cuncta tibi dignae Caesia con[t]i[g]er[un]t lanifici praeclara fides pietatis alumna priscae praecipue fama pudicitiae te rogo praeteriens dicas sit tibi terra levis quo quo versum locus pedes XII.</p> <p style="text-align: center;"><b>37.</b> <b>ILS 8402</b> <b>(Laudatio Amymonis)</b></p> <p>Hic sita est Amymone Marci optima et pulcherrima, lanifica, pia, pudica, frugi, casta, domiseda.</p>	<p>obbedienza lanificio diligenza (...).</p> <p style="text-align: center;"><b>36.</b> <b>CIL II.2.5 191 = CIL II 1699</b> <b>(Elogio di Cesia Celsa)</b></p> <p>Qui giace Cesia Celsa, di 65 anni, figlia di Lucio, tutto quello che i genitori possono desiderare per i propri figli, a te, o degna Cesia, toccò in sorte tutto insieme, testimone illustre nel lanificio, esemplare per religiosità, vanto della pudicizia dei bei tempi antichi, ti prego passante di dire la terra ti sia lieve, la sepoltura misura 12 piedi.</p> <p style="text-align: center;"><b>37.</b> <b>ILS 8402</b> <b>(Laudatio Amymonis)</b></p> <p>Qui giace Amymone di Marco ottima e bellissima, lanifica, pia, pudica, modesta, casta, abituata a stare in casa.</p>
---	--

**FONTI  
III**

**TUTELA DEI DIRITTI:**

**PROCESSO E AZIONE**

**ESEMPI DI FORMULE DEL PROCESSO PRIVATO ROMANO**

## GAI INSTITUTIONES

### LEGIS ACTIONES

1

**Gai 4.10-11**

10. Quaedam praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua vi ac potestate constant.

Quod ut manifestum fiat, opus est, ut prius de legis actionibus loquamur.

11. Actiones, quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellabantur vel ideo, quod legibus proditae erant, quippe tunc edicta praetoris, quibus complures actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur, vel ideo, quia ipsarum legum verbis accommodatae erant et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur. Unde eum, qui de vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, responsum est rem perdidisse, quia debuisset arbores nominare, eo quod lex XII tabularum, ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur.

### LITIGARE PER FORMULAS

2

**Gai 4.30**

30. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt. Namque ex nimia subtilitate veterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset, litem perderet. Itaque per legem Aebutiam et duas IULIAS sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta verba, id est per formulas, litigarem.

## ISTITUZIONE DI GAIO

### LE AZIONI DI LEGGE-PROCESSO PER LEGIS ACTIONES

1

**Gaio 4.10-11**

10. Poi, fra le azioni, ve ne sono alcune modellate secondo un'azione di legge (su un paradigma di legge), altre che sussistono per virtù e potenza (forza) loro propria. Per chiarire ciò, è opportuno che prima parliamo delle azioni di legge.

11. Le azioni che si usavano presso gli antichi, si chiamavano azioni di legge, sia perché introdotte dalle leggi (infatti, allora, gli editti del pretore, da cui molte azioni sono state introdotte, non erano ancora in uso), sia perché venivano conformate secondo le parole delle stesse leggi, e perciò rese tanto immutabili, al punto che si osservavano quanto le leggi stesse. Così, un tale che ebbe a procedere (ad agire) per titolo delle viti tagliate, avendo usato la parola viti nella propria azione, gli venne risposto che aveva perso la lite, perché avrebbe dovuto usare la parola alberi, visto che la legge delle XII tavole [451-450 a.C.], in base alla quale competeva l'azione relativa alle viti tagliate, parlava genericamente di alberi tagliati.

### PROCESSO FORMULARE

2

**Gaio 4.30**

30. Ma tutte queste azioni di legge vennero a poco a poco in odio. Infatti l'eccessiva sottigliezza degli antichi (legislatori) che un tempo formarono il diritto, aveva condotto le cose a tal punto che si soccombeva in lite commettendo anche il più piccolo errore. Di conseguenza, mediante la legge Aebutia [II sec. a.C.] e le due Giulie [17 a.C.] le predette azioni di legge furono soppresse, e si prescrisse che litigassimo per mezzo di parole già predisposte, cioè per mezzo di formule.

<p style="text-align: center;">3</p> <p style="text-align: center;"><b>PARTES formularum</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai 4.39-43</b></p>	<p style="text-align: center;">3</p> <p style="text-align: center;"><b>Parti della formula</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gaio 4.39-43</b></p>
<p>39. Partes autem formularum haec sunt: <b>demonstratio intentio adiudicatio condemnatio.</b></p> <p>40. <b>Demonstratio</b> est ea pars formulae [quae principio ideo inseritur] ut demonstretur res, de qua agitur: velut haec pars formulae quod A. Agerius N. Negidium ominum vendidit; item haec quod A. Agerius apud N. Negidium nomine deposuit.</p> <p>41. <b>Intentio</b> est ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit, velut haec pars formulae: si paret N. Negidium A. Agerio sestertium X milia dare oportere; item haec: quidquid paret N. Negidium A. Agerio sestertium X milia dare oportere; item haec: quidquid paret N. Negidium A. Agerio dare facere oportere; item haec: si paret hominem ex ivre Quiritium A. Agerii esse.</p> <p>42. <b>Adiudicatio</b> est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare: velut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo aut inter vicinos finium regundorum. Nam illic ita est quantum adiudicari oportet, index, T. Titio adiudicatio.</p> <p>43. <b>Condemnatio</b> est ea pars formulae, qua iudici condemnandi absoluendive potestas permittitur velut haec pars formulae: iudex N. Negidium A. Agerio sestertium X milia condemna. Si non paret absolve; item haec: iudex N. Negidium A. Agerio dumtaxat X milia condemna, si non paret, absolvito; item haec: iudex, N. Negidium A. Agerio condemnato et reliqua, ut non adiciatur dumtaxat X milia.</p>	<p>39. Parti delle formule sono queste: <b>la dimostrazione, l'intenzione, l'aggiudicazione, la condanna.</b></p> <p>40. <b>La dimostrazione</b> è quella parte della formula [che viene inserita prima di ogni altra] con cui si indica il fatto per cui si agisce; ad esempio questa: "PREMESSO CHE AULO AGERIO HA VENDUTO UNO SCHIAVO A NUMERIO NEGIDIO"; oppure "PREMESSO CHE AULO AGERIO HA DEPOSITATO UNO SCHIAVO PRESSO NUMERIO NEGIDIO".</p> <p>41. <b>L'intenzione (pretesa)</b> è quella parte della formula ove l'attore concreta il suo desiderio (esprime la sua richiesta); per esempio questa parte della formula: "SE APPARIRA' CHE NUMERIO NEGIDIO DEBBA DARE AD AULO AGERIO DIECIMILA SESTERZI"; oppure la seguente "TUTTO CIO CHE APPARIRA' CHE NUMERIO NEGIDIO DEBBA DARE O FARE AD AULO AGERIO"; o anche questa: "SE APPARIRA' CHE QUESTO SCHIAVO SIA DI AULO AGERIO IN BASE AL DIRITTO DEI QUIRITI".</p> <p>42. <b>L'aggiudicazione</b> è quella parte della formula è dato potere al giudice di aggiudicare la cosa a qualcuno dei litiganti: così ha luogo quando l'azione per divisione dell'eredità sia stata intentata fra coeredi, oppure fra comproprietari per dividere una comunione, oppure fra vicini per la regolazione di confini. Giacché allora si dice così: "IN QUANTO CONVenga DI AGGIUDICARE, O GIUDICE, AGGIUDICATE A TIZIO".</p> <p>43. <b>La condanna</b> è quella parte della formula che conferisce al giudice la potestà di condannare o di assolvere; per esempio questa parte della formula: "O GIUDICE, CONDANNATE NUMERIO NEGIDIO IN FAVORE DI AULO AGERIO A NON OLTRE DIECIMILA SESTERZI. SE NON RISULTA, ASSOLVETELO"; ovvero questa: "O GIUDICE, CONDANNATE NUMERIO NEGIDIO IN FAVORE DI AULO AUGERIO", etc., senza l'aggiunta "A NON OLTRE DIECIMILA".</p> <p style="text-align: center;">4</p> <p style="text-align: center;"><b>Formule concepite in diritto o in fatto</b></p>



4

**Formulae in ius aut in factum conceptae**

**Gai 4.45-46**

45. Sed ea quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, **in quibus conceptas vocamus**, quales sunt quibus intendimus nostrum esse aliquid ex iure quiritorium aut nobis dari oportere aut pro fure damnum decidi oportere; sunt et aliae, in quibus iuris civilis intentio est .

46. Ceteras vero **in factum conceptas vocamus**, id est in quibus nulla talis intentio concepta est, sed initio formulae nominato eo quod factum est adicuntur ea verba, per quae iudici damnandi absoluendive potestas datur: qualis est formula, qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum praetoris in ius vocavit; nam in ea ita est recuperatores sunt. Si paret illum patronum ab illo liberto contra edictum illius praetoris in ius vocatum esse, recuperatores illum libertum illi patrono sesteritum X milia condemnate. Si non paret, absolvite. Ceterae quoque formulae, quae sub titulo De in ius vocando propositae sunt, in factum conceptae sunt, velut abversus eum, qui in ius vocatus neque venerit neque vindicem dederit; item contra eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur; et denique innumerabiles eius modi aliae formulae in albo proponuntur.

5

**Exceptiones**

**Gai.115-116**

115. Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus.

116. Comparatae sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Saepe enim accidit, ut quis iure civili teneatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari.

**Gaio 4.45-46**

45. Noi chiamiamo **concepitate in diritto** le formule in cui la questione verte su un diritto: come sono quelle con cui pretendiamo “che qualcosa sia nostra secondo il diritto dei Quiriti” oppure “che ci si debba dare” oppure “che ci si debba risarcire il danno per furto”; ce ne sono altre ancora, in cui l’intentio è di diritto civile.

46. Noi chiamiamo, invece, **concepitate in fatto** le altre formule, cioè quelle che non presentano una simile redazione dell’intentio, ma in cui, richiamato all’inizio della formula il fatto, si aggiungono le parole con cui si concede al giudice la potestà di condannare o assolvere: tale è la formula di cui si serve il patrono contro il libertus che lo chiamò in giudizio in opposizione all’editto del pretore. In questa infatti c’è scritto così: [CHE SEMPRONIO, MEVIO ETC.] SIANO RECUPERATORI. SE APPARIRA’ CHE TALE PATRONO SIA STATO CHIAMATO IN GIUDIZIO DAL TALE LIBERTO CONTRO L’EDITTO DI QUEL PRETORE, VOI, O RECUPERATORI,CONDANNATE QUEL LIBERTO IN FAVORE DI QUEL PATRONO A DIECIMILA SESTERZI. SE NON APPARIRA’ ASSOLVETE”. Anche le altre formule proposte sono sotto il titolo “della citazione in giudizio”,sono concepitate in fatto: come per esempio quelle proposte contro chi, chiamato in giudizio, né sia comparso, né abbia dato un vindex; e così contro chi abbia impedito con la forza chi veniva chiamato in giudizio; del resto sono proposte nell’albo innumerevoli altre formule del genere.

5

**Le eccezioni**

**Gaio4.115-116**

115. Qui di seguito noi dobbiamo trattare delle eccezioni.

116. Le eccezioni sono state istituite per la difesa di coloro contro i quali si agisce. Spesso, infatti, avviene che uno sia tenuto secondo il diritto civile, ma che sia iniquo condannarlo in giudizio.

6

**Le eccezioni perentorie o dilatorie**

**Gaio 4.120-122**

6

**Exceptiones perentoriae aut dilatoriae**

**Gai 4.120-122**

120. Dicuntur autem exceptiones aut perentoriae aut dilatoriae.

121. **Perentoriae sunt**, quae perpetuo valent nec evitari possunt, veluti quod metus causa aut dolo malo aut quod contra legem senatusve consultum factum est aut quod res iudicata est vel in iudicium deducta est, item pacti conventi quod factum est, ne omnino pecunia peteretur.

122. **Dilatoriae sunt** exceptiones quae ad tempus valent, veluti illius pacti conventi, quod factum est verbi gratia, ne intra quinquennium peteretur; finito enim eo tempore non habet locum exceptio. Cui similis exceptio est litis dividuae et rei residuae. Nam si quis partem rei petierit et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac exceptione summovetur, quae appellatur litis dividuae (...)

7

**Bonae fidei iudicia**

**Gai 4.62**

62. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, rei uxoriae, commodati, pigneraticium, familiae erciscundae, communi dividundo.

8

**Actiones in rem et in personam**

**Gai 4.2-5**

2. In personam actio est, qua agimus, quotiens litigamus cum aliquo, qui nobis vel ex delicto obligatus est, id est cum intendimus dare facere praestare oportere.

3. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere, veluti utendi aut utendi fruendi, eundi agendi aquamve ducendi vel altius tollendi prospiciendive; aut cum actio ex diverso adversario est negativa.

4...

5. Appellantur autem in rem quidem actiones vindicationes in personam vero actiones quibus dari fierive oportere intendimus, conditiones.

120. Le eccezioni sono dette perentorie o dilatorie.

121. **Sono perentorie** quelle che valgono sempre e non si possono evitare, per esempio quelle di timore determinante, di dolo malvagio, di comportamento contrario a legge o a senatoconsulto, di cosa giudicata o dedotta in giudizio, così quella di patto convenuto che intervenne nel senso che il denaro non fosse assolutamente più richiesto.

122. **Eccezioni dilatorie** sono quelle che valgono per un certo tempo, come quella del patto con cui si fosse convenuto che non si chiedesse il denaro per cinque anni: giacché, scaduto questo tempo non ha più luogo l'eccezione. Le è simile l'eccezione di lite divisa e di cosa residua. Infatti, se uno chiedesse una parte della cosa, e durante la pretura dello stesso magistrato domandasse la rimanente parte, viene respinto con questa eccezione denominata della lite divisa (...)

7

**I giudizi di buona fede**

**Gaio 4.62**

62. Sono giudizi di buona fede i seguenti: per compravendita, locazione conduzione, gestione d'affari, mandato, deposito, fiducia, società, tutela, dote, comodato, pegno, divisione ereditaria, divisione di bene comune.

8

**Le azione reali e personali**

**Gaio 4.2-5**

2. L'azione è personale ogni volta che agiamo contro qualcuno il quale è obbligato verso di noi o in forza di un contratto o in forza di un debito, cioè quando pretendiamo che egli debba dare, facere, praestare.

3. L'azione è reale quando pretendiamo o che una cosa corporale sia nostra, o che qualche diritto ci competa, come il diritto di uso oppure di usare e fruire, di passare in proprio e con animali, o di condurre acqua, o di erigere edifici più alti, o di veduta; o quando l'azione dell'avversario è la negatoria.

4...

5. Le azione reali si chiamano rivendicazioni (vindicationes); le azioni personali, con cui pretendiamo che di debba dare o fare, si chiamano intimazioni (conditiones).

<p><b>9</b></p> <p><b>Actiones reipersecutoriae, poenales, mixtae</b></p> <p><b>Gai 4.6-9</b></p> <p>6. Agimus autem interdum, ut rem tantum consequamur, interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam.</p> <p>7. Rem tantum persequimur velut actionibus, quibus ex contractu agimus.</p> <p>8. Poenam tantum persequimur velut actione furti et iniuriarum et secundum quorundam opinionem actio vi bonorum raptorum; nam ipsius rei et vindicatio et condictio nobis competit.</p> <p>9. Rem vero et poenam persequimur velut ex his causis, ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus; quod accidit per actionem iudicati, depensi, damni iniuriae legis AQUILIAE, aut legatorum nomine, quae per damnationem certa relicta sunt.</p>	<p><b>9</b></p> <p><b>Le azioni reipersecutorie, penali, miste</b></p> <p><b>Gaio 4.6-9</b></p> <p>6. Agiamo qualche volta soltanto per ottenere una cosa, qualche volta per raggiungere solo una pena (penale), in altri casi per la cosa e la pena.</p> <p>7. Perseguiamo soltanto la cosa con le azioni che intentiamo in forza di un contratto.</p> <p>8. Perseguiamo solo una pena con l'azione di furto, con quella di ingiurie e secondo l'opinione di alcuni, con l'azione dei beni rapiti con violenza (rapina); quanto alla cosa in se, infatti, ci compete, sia la vindicatio (rivendica), sia la condictio (l'intimazione).</p> <p>9. Noi perseguiamo, invece, cosa e pena, nei casi in cui agiamo per il doppio contro colui che nega: ciò si verifica nelle azioni di giudicato, dell'esborsato, del danno cagionato ingiustamente per la legge Aquilia [III sec. a.C.], o quando si tratta dei legati determinati disposti con la forma di condanna.</p>
--	---

**“ALCUNE FORMULE DEL PROCESSO PRIVATO ROMANO”**

## **ACTIONES IN REM**

### **ACTIONES CIVILES (A)**

#### **1.° ES. VINDICATIO REI. FORMULA PETITORIA**

C. Aquilius iudex esto- Si paret fundum quo de agitur ex iure Quiritum A. Ageri esse neque is fundus arbitrio C. Aquilii iudicis A. Agerio restituetur, quanti ea res erit, tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Sia giudice Caio Aquilio. Se risulta che il fondo di cui si tratta è di Aulo Agerio e quel fondo non sarà restituito ad A.A. in conformità alla valutazione arbitrale del giudice Caio Aquilio, il giudice C.A. condanni Numerio Negidio nei confronti di A.A. per una somma pari al valore che la cosa avrà, se non risulta lo assolva.

### **ACTIONES PRAETORIAE (B)**

#### **FORMULAE IN FACTUM CONCEPTAE (1)**

#### **1° ES. ACTIO DE FUNDO VECTIGALI**

C. Aquilius iudex esto. Si paret A. Agerium agrum quo de agitur a municipibus municipii Venusini in perpetuum fruendum conduxisse neque ea res arbitrio C. Aquilii iudicis A. Agerio restituetur, quanti res erit tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Sia giudice Caio Aquilio. Se risulta che Aulo Agerio ha affittato per goderne, dai concittadini del municipio di Venosa, il fondo di cui si tratta e quel fondo non sarà restituito ad A.A. in conformità alla valutazione arbitrale del giudice Caio Aquilio, il giudice C.A. condanni Numerio Negidio nei confronti di A.A. per una somma pari al valore che la cosa avrà, se non risulta lo assolva.

#### **ACTIONES UTILES (FORMULAE FICTICIAE) (2)**

#### **2° ES. ACTIO PUBLICIANA**

C. Aquilius iudex esto. Si quem hominem A. Agerius emit et is ei traditus est anno possedisset, tum si eum hominem de quo agitur ex iure Quiritium eius esse pareret, si ea res arbitrio C. Aquilii iudicis A. Agerio non restituetur quanti ea res erit tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato, si non paret absolvito.

Sia giudice C.A. Se qualora A.A. avesse posseduto per un anno lo schiavo che ha comperato e gli è stato consegnato, risultasse che lo schiavo di cui si tratta è suo in base al diritto dei Quiriti e la cosa non sarà restituita ad A.A. in conformità alla valutazione arbitrale del giudice C.A., il giudice C.A. condanni N.N. nei confronti di A.A. per una somma pari al valore che avrà la cosa, se non risulta lo assolva.

**ACTIONES IN PERSONAM**

ACTIONES CIVILES (A)

## 1° ES. ACTIO CERTAE CREDITAE PECUNIAE

C. Aquilius iudex esto. Si paret N. Negidium A. Agerio sestertios XXV nummos dare oportere, qua de re agitur, C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio sestertios XXV nummos condemnato; si non paret absolvito.

Sia giudice Caio Aquilio. Se risulta che Numerio Negidio deve dare ad Aulo Agerio 25 sesterzi – materia del contendere – il giudice C. Aquilio condanni N.N. nei confronti di A.A. per 25 sesterzi.

## 2° ES. ACTIO FURTI NEC MANIFESTI NOXALIS

C. Aquilius iudex esto. Si paret A. Agerio a Sticho servo opeve consilio Stichi furtum factum esse paterae aureae sestertium X milium plurisve quam ob rem N. Negidium pro fure damnum decidere aut Stichum servum noxae dedere oportet quanti ea res fuit cum furtum factum est tantae pecuniae duplum aut Stichum servum noxae dedere C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato, si non paret absolvito.

Sia giudice C.A. Se risulta che ai danni di A.A. è stato commesso furto di una coppa d'oro del valore di 10.000 sesterzi o superiore, ad opera dello schiavo Stico o con l'aiuto o su istigazione dello schiavo Stico, per la qual cosa N.N. deve pagare la composizione legale in quanto ladro oppure dare in espiazione lo schiavo Stico, il giudice C.A. condanni N.N. nei confronti di A.A. per una somma pari al doppio del valore che aveva la cosa al momento in cui è stato commesso il furto oppure a dare in espiazione lo schiavo Stico, se non risulta lo assolva.

### ACTIONES PRAETORIAE (B)

#### FORMULAE IN FACTUM CONCEPTAE (1)

## 1° ES. ACTIO DEPOSITI

C. Aquilius iudex esto. Si paret A. Agerium apud N. Negidium mensam argenteam deposuisse, qua de re agitur, quidquid ob eam rem N. Negidium A. Agerio dare facere oportet ex fide bona, eius C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato; si non paret absolvito.

Sia giudice Caio Aquilio. Se risulta che Aulo Agerio ha depositato presso Numerio Negidio un tavolo d'argento e con dolo malo di N. Negidio questo non è stato restituito ad A. Agerio, il giudice C.A. condanni N.N. nei confronti di A.A. per una somma pari al valore che avrà la cosa, se non risulta lo assolva.

#### ACTIONES IN BONUM ET AEQUUM CONCEPTAE (2)

## 2° ES. ACTIO INIURIARUM (AESTIMATORIA)

C. Aquilius.... L. Octavius recuperatores sunt. Quod Aulo Agerio pugno mala percussa est a N. Negidio dolove malo N. Negidii. factum est ut percuteretur, quantum ob eam rem bonum et aequum recuperatoribus videbitur N. Negidium A. Agerio condemnari, tantam pecuniam dumtaxat sestertium X milia recuperatores N. Negidium A. Agerio condemnato, si non paret absolvito.

Siano giudici C. Aquilio .... L. Ottavio. Poiché ad A. Agerio è stata percossa la guancia con un pugno da N. Negidio, fatto ciò con dolo malo di N. Negidio per colpire, i giudici condannino N. Negidio nei confronti di A. Agerio a tanto denaro, per un massimo di 10000 sesterzi, quanto per questa cosa ai giudici sembri buono ed equo che N. Negidio sia condannato nei confronti di A. Agerio; se non risulta lo assolvano.

#### ACTIONES UTILES CON FORMULAE FICTICIAE (3)

## 3° ES. CONDUCTIO CERTAE PECUNIAE RESCISSA CAPITIS DEMINUTIO

C. Aquilius iudex esto. Si N. Negidius capite deminutus non esset, tum si N. Negidium A. Agerio sestertium X milia dare oportet, qua de re agitur, C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio sestertium X milia condemnato; si non paret absolvito.

Sia giudice C. Aquilio. Se N. Negidio non fosse diminuito nello status, allora se N. Negidio deve dare ad A. Agerio 10000 sesterzi, materia del contendere, il giudice C. Aquilio condanni per 10000 sesterzi N. Negidio nei confronti di A. Agelio, se non risulta lo assolva.

#### ACTIONES UTILES CON TRASPOSIZIONE DI SOGGETTO (4)

##### 4° ES. ACTIO DEPOSITI DE PECULIO ET IN REM VERSO

C. Aquilius iudex esto. Quod A. Agerius apud Stichum servum, qui in N. Negidii potestate est, mensam argenteam deposuit, qua de re agitur, quidquid ob eam rem Stichum servum si liber esset ex iure Quiritium A. Agerio dare facere oporteret ex fide bona, eius C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio dumtaxat de peculio et si quid dolo malo N. Negidii factum est quo minus peculii esset vel si quid in rem N. Negidii inde versum est condemnato, si non paret absolvito.

Sia giudice C.A. Poiché A.A. ha depositato un tavolo d'argento presso lo schiavo Stico, che è nella potestà di N.N. – materia del contendere – con riguardo a tutto ciò che, per tale causa, lo schiavo Stico, se fosse libero in base al diritto dei Quiriti, dovrebbe dare o fare a favore di A.A., secondo buona fede, il giudice C.A. condanni N.N. nei confronti di A.A., nei limiti del peculio, ivi incluso quanto per dolo di N.N. è stato eventualmente fatto sì che non si trovasse nel peculio oppure nei limiti di quanto da ciò sia stato eventualmente rivolto a profitto di N.N., se non risulta lo assolva.

#### ESEMPI DI EXCEPTIONES E UN ESEMPIO DI PRAESCRIPTIO

##### **Exceptio doli**

Si in ea re nihil dolo malo A. Agerii factum sit neque fiat.

Se nella questione nulla sia avvenuto o avvenga per dolo di A.A.

##### **Exceptio metus**

Si in ea re nihil metus causa factum est .

Se nella questione nulla è avvenuto a causa di timore (= violenza).

##### **Exceptio pacti conventi**

Si inter A. Agerium et N. Negidium non convenit, ne ea pecunia peteretur.

Se non è stato convenuto tra A.A. e N.N. che quel denaro non fosse richiesto.

##### **Praescriptio PRO ACTORE**

Ea res agatur cuius rei dies fuit.

L'azione verta sulla prestazione il cui termine è scaduto.





**FONTI**  
**IV**

**DIRITTI REALI:**

**CLASSIFICAZIONE DELLE RES**

**IL DIRITTO DI PROPRIETÀ**

<p><b>1</b></p> <p><b>Gai 2.1-6</b></p>	<p><b>1</b></p> <p><b>Gaio 2.1-6</b></p>
<p>1. Superiore commentario de iure personarum exposuimus; modo videamus de <b>rebus</b>: quae vel <b>in nostro patrimonio</b> sunt vel <b>extra nostrum parimonium</b> habentur.</p> <p>2. Summa itaque rerum divisio in duos articulo diducitur: nam aliae sunt <b>divini iuris, aliae humani</b>.</p> <p>3. <b>Divini iuris</b> sunt veluti <b>res sacrae et religiosae</b>.</p> <p>4. <b>Sacrae</b> sunt, quae diis superis consecratae sunt; <b>religiosae</b>, quae diis Manibus relictas sunt.</p> <p>5. Sed <b>sacrum</b> quidem hoc solum existimatur; quod ex auctoritate Populi Romani consecratum est, veluti lege de ea re lata aut senatus consulto facto.</p> <p>6. <b>Religiosum</b> vero nostra voluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertineat.</p>	<p>1. Nell'antecedente commentario abbiamo esposto il diritto delle persone; ora vedremo riguardo delle persone alle cose: che sono, o <b>nel nostro patrimonio</b> o <b>fuori del medesimo</b>.</p> <p>2. La suprema divisione delle cose è bipartita; giacché <b>alcune sono di diritto divino, altre di diritto umano</b>.</p> <p>3. Sono di <b>diritto divino</b> le <b>cose sacre e le religiose</b>.</p> <p>4. <b>Sacre</b> si dicono quelle che sono consacrate agli dei superiori; <b>religiose</b> quelle che sono lasciate agli dei Mani.</p> <p>5. Ma si ritiene <b>sacro</b> solo un luogo che è consacrato d'autorità del Popolo Romano, emanando di proposito una legge o facendo senatoconsulto.</p> <p>6. Invece, noi rendiamo, di nostra volontà, <b>religioso</b> un luogo che ci appartenga, seppellendoci un morto, se il funerale di quel morto ci compete.</p>
<p><b>2</b></p> <p><b>Gai 2.8</b></p> <p><b>8. Sanctae</b> quoque res, velut muri et portae, quodam modo divini iuris sunt.</p>	<p><b>2</b></p> <p><b>Gaio 2.8</b></p> <p><b>8. Del pari, le cose sante</b>, come le mura e le porte, si ritengono in qualche modo di diritto divino.</p>

<p><b>3</b></p> <p><b>Gai 2.10-11</b></p> <p>10. Hae autem <b>res, quae humani iuris sunt</b>, aut <b>publicae</b> sunt aut <b>privatae</b>.</p> <p>11. Quae <b>publiace</b> sunt, nullius videntur in bonis esse; ipsius enim universitatis esse creduntur. Privatae sunt, quae singulorum hominum sunt.</p>	<p><b>3</b></p> <p><b>Gaio 2.10-11</b></p> <p>10. <b>Quelle cose</b>, pertanto, che sono <b>di diritto umano</b>, o sono <b>pubbliche</b>, o <b>private</b>.</p> <p>11. Quelle <b>pubbliche</b> vengono considerate appartenenti a nessuno in particolare: si ritengono, infatti, della collettività. <b>Private</b> sono le cose proprie dei singoli individui.</p>
<p><b>4</b></p> <p><b>Gai 2.12-14</b></p> <p>12. Quaedam praeterea <b>res corporales</b> sunt, quaedam <b>incorporales</b>.</p> <p>13. <b>Corporales</b> hae sunt, <b>quae tangi possunt</b>, velut fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles.</p>	<p><b>4</b></p> <p><b>Gaio 2.12-14</b></p> <p>12. Inoltre, certe cose sono <b>corporali</b>; altre <b>incorporali</b>.</p> <p>13. Sono <b>corporali</b> quelle <b>che possono essere toccate</b>, come un fondo, uno schiavo, una veste, dell'oro, dell'argento, e, insomma, un infinito numero di cose simili.</p>

<p>14. <b>Incorporales</b> sunt, <b>quae tangi non possunt</b>, qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, usufructus, obligationes quoquo modo contractae. Nec ad rem pertinent, quod in hereditate res corporales continentur, et fructus, qui ex fundo principiuntur, corporales sunt, et id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia; nam ipsum ius successionis et ipsum ius utendi fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum [quas etiam servitutes vocantur: cfr. D.1.8.1.1].</p>	<p>14. Sono <b>incorporali</b> quelle <b>che non possono essere toccate</b>, come sono quelle che consistono in un diritto, come un'eredità, un usufrutto, le obbligazioni in qualsivoglia modo contratte. Né ha rilievo che l'eredità comprenda in sé delle cose corporali, poiché anche i frutti che si percepiscono da un fondo sono corporali; e, per lo più, anche quello che ci è dovuto in base ad un'obbligazione è per lo più corporale, come un fondo, uno schiavo, una somma di denaro: infatti, è incorporale il diritto di successione in sé, il diritto di usufrutto in sé, il diritto d'obbligazione in sé. Rientrano nel novero [delle res incorporali] i diritti dei fondi urbani e rustici ( detti anche servitù).</p>
--	--

<p><b>5</b></p> <p><b>Gai 2.14 a19</b></p> <p>14a. ... aut <b>mancipi</b> sunt aut <b>nec mancipi</b>. ... servitutes praediorum urbanorum nec mancipi sunt.</p> <p>15. Item stipendiaria praedia et tributaria <b>nec mancipi sunt</b>. ... Nerva vero et Proculus et ceteri diversae scholae autores non aliter ea mancipi esse putant quam si domita sunt; et si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc videri mancipi esse incipere, cum ad eam aetatem pervenerint, in qua domari solent.</p> <p>16. At ferae bestiae nec mancipi sunt, velut ursi, leones, item ea animalia, quae ferarum bestiarum numero sunt, velut elefanti et cameli, et ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam collo dorsove domari solent; nam ne notitia quidem eorum animalium illo tempore fuit, quo constituebatur quasdam res mancipi esse, quasdam nec mancipi.</p> <p>17. Sed item fere <b>omnia, quae incorporalia sunt, nec mancipi sunt, exceptis servitutibus praediorum rusticorum; nam aes mancipi esse constat</b>; quamvis sint ex numero rerum incorporalium.</p> <p>18. Magna autem differentia est inter mancipi res et nec mancipi.</p>	<p><b>5</b></p> <p><b>Gaio 2.14 a19</b></p> <p>14a. ... (le cose) sono <b>mancipi</b> o <b>nec mancipi</b> (non mancipi). Sono mancipi ... sono nec mancipi (non mancipi) le servitù dei fondi urbani.</p> <p>15. Similmente sono <b>nec mancipi</b> (non mancipi) i fondi stipendiari e tributari. ... Nerva, però, e Proculo, e gli altri giuristi dell'opposta scuola, li ritengono <b>mancipi</b> [in riferimento agli animali selvaggi] se non dopo che siano domati; mentre se, per indole troppo selvaggia, [quegli animali] non si possono domare, ritengono che si debba considerare che comincino ad essere mancipi una volta pervenuti a quell'età in cui sogliono essere domati.</p> <p>16. Similmente sono <b>nec mancipi</b> (non mancipi) le fiere, come gli orsi e i leoni, e così come gli animali che sono in genere annoverati fra le belve, come gli elefanti e i cammelli; e non conta che questi animali sogliono essere domati per il collo o per il dorso; invero nemmeno il nome di tali animali era noto quando si stabiliva che talune cose fossero mancipi ed altre nec mancipi (non mancipi).</p> <p>17. Così quasi tutte <b>le cose incorporali sono nec mancipi</b> (non mancipi), <b>eccettuate le servitù dei fondi rustici: perché queste è noto che sono mancipi</b> pur essendo nel novero delle cose incorporali.</p> <p>18. Grande è poi il divario tra le cose mancipi e nec mancipi (non mancipi).</p> <p>19. Infatti, <b>le cose nec mancipi</b> (non mancipi) <b>diventano di pieno diritto altrui con la semplice</b></p>
<p>19. <b>Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno iure alterius fiunt</b>, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem.</p>	<p><b>traditio</b> (consegna), purché siano corporali e, per ciò, suscettibili di traditio (consegna).</p>

<p style="text-align: center;"><b>6</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai 2.22</b></p> <p>22. <b>Mancipi vero res sunt, quae per mancipationem ad alium transferuntur;</b> unde etiam mancipi res sunt dictae. Quod autem valet mancipatio, idem valet et in iure cessio.</p>	<p style="text-align: center;"><b>6</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gaio 2.22</b></p> <p>22. <b>Sono mancipi, viceversa, quelle cose che si trasferisco ad uno con la emancipazione:</b> ed è per questo che sono dette mancipi. Ciò vale anche per la emancipazione vale per la in iure cessio (cessione in tribunale).</p>
<p style="text-align: center;"><b>7</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Tituli ex corpore Ulpiani 19.1</b></p> <p>Omnes res aut mancipii sunt taut nec mancipi. <b>Mancipi res sunt praedia in italico solo, tam rustica qualis est fundus, quam urbana, qualis domus: item iura praediorum rusticorum, velut via iter actus aquaductus: item servi et quadrupedes, quae dorso collove domantur, velut boves, muli, equi, asini.</b> Ceterae res nec mancipi sunt. Elefanti et cameli, quamvis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt, quotiam bestiarum numero sunt.</p>	<p style="text-align: center;"><b>7</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Tituli ex corpore Ulpiani 19.1</b></p> <p>Tutte le cose sono mancipi o nec mancipi (non mancipi). <b>Sono mancipi i fondi in suolo italico, sia rustici, come il podere, sia urbani, come la casa; similmente i diritti dei fondi rustici, come la via, l'iter, l'actus e l'acquedotto; e così i servi, ed i quadrupedi che si domano per il dorso o collo, come i buoi, i muli, i cavalli e gli asini.</b> Le altre cose sono nec mancipi. Gli elefanti ed i cammelli, benché si domano per il collo o dorso, sono nec mancipi, in quanto rientrano nel novero delle fiere.</p>
<p style="text-align: center;"><b>8</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai 1. 119</b></p> <p>(...) 'hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio isque mihi emptus esto hoc aere aeneaque libra' (...).</p>	<p style="text-align: center;"><b>8</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gaio 1. 119</b></p> <p>(...) 'io dico che questo servo per il diritto dei Quiriti è mio e sia acquistato con questo rame e bilancia di bronzo' (...).</p>
<p style="text-align: center;"><b>9</b></p> <p><b>Vindicatio rei. Formula petitoria</b></p> <p>C. Aquilius iudex esto. Si paret fundum quo de agitur ex iure Quiritium A. Agerii esse neque is fundus arbitrio C. Aquilii iudicis A. Agerio restituetur, quantum ea res erit, tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato, si non paret absolvo.</p>	<p style="text-align: center;"><b>9</b></p> <p><b>Azione di rivendicazione. Formula petitoria</b></p> <p>Sia giudice Aquilio Gallo. Se risulta che il fondo di cui si tratta è di Aulo Agerio in base al diritto dei Quiriti ed il fondo non sarà restituito ad Aulo Agerio in conformità della valutazione arbitrale del giudice Aquilio Gallo, il giudice Aquilio Gallo condanni Numerio Negidio nei confronti di Aulo Agerio per una somma pari al valore che avrà la cosa (al momento della sentenza), se non risulta lo assolva.</p>

<b>10</b>	<b>10</b>
<b>D. 7.1.1 (Paul. 3 ad Vitell.)</b>	<b>D. 7.1.1 (Paolo 3 libro a Vitellio)</b>
Usus fructus est ius alienis rebus utendi fruendi salva rerum substanti	Usufrutto è il diritto di utilizzare e fruire delle cose altrui senza alterarne la sostan
<b>11</b>	<b>11</b>
<b>Tab. 6.8</b>	<b>Tav. 6.8</b>
8. TIGNUM IUNCTUM AEDIBUS VINEAEVE ... ne solvito lex XII tabularum neque solvere permittit tignum furtivum aedibus vel vineis iunctum neque vindicare, ... sed in eum, qui convictus est iunxisse, in duplum dat actionem (Ulp. D. 47.3.1 pr.).	8. NON SIA TOLTO PALO O TRAVE CHE IMPIEGATI IN UNA COSTRUZIONE O IN UNA VIGNA... La legge delle XII tavole non consente di togliere un palo o un trave che sia stato impiegato in una costruzione o in una vigna, né di rivenderne la proprietà, ma concede azione per il doppio del suo valore contro chi si prova averlo impiegato.
<b>12</b>	<b>12</b>
<b>Tab. 7.1a-1b</b>	<b>Tav. 7.1a-1b</b>
1a. XII tabularum interpretes ambitum parietis circuitum esse describunt (Varro de l.l. 5.22); 1b. Ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum patens in latitudinem pedes duos et semissem ... (Festo P. 5)	1a. Gli interpreti delle XII tavole spiegano il termine ambitus come la striscia di terreno attorno al muro della casa; 1b. Si chiama ambitus la striscia di terreno attorno agli edifici che ha una larghezza di due piedi e mezzo...
<b>13</b>	<b>13</b>
<b>Tab. 7.4, 6-10</b>	<b>Tav. 7.4, 6-10</b>
4. Usus capionem XII tabulae intra v pedes esse noluerunt (Cic. de leg. 1.21.55). 6. Viae latitudo ex lege XII tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est ubi flexum est, sedecim. (Gai. D. 8.3.8). 7. VIAM MUNIUNTO: NI SAM DELAPIDASSINT, QUA VOLET IUMENTO AGITO (Fest. L. 371). 8a. SI AQUA PLUVIA NOCET ... (Pomp. D. 40.7.21 pr.). 8b. Si per publicum locum rivus aquae ductus privato nocebit, erit actio privato ex lege XII tabularum, ut noxa domino sarciatur (Paul. D. 43.8.5). 9a. Lex XII tabularum efficere voluit, ut xv pedes altius rami arboris circumcidantur (Ulp. D. 43.27.1.8). 9b. Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum ist, ex lege XII tabularum de adimenda ea recte agere potes (Pomp. 43.27.2). 10. cautum est . . . lege XII tabularum, ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere (Plin. n.h. 16.5.15).	4. Le XII tavole non vollero che vi fosse usucapione per lo spazio di cinque piedi. 6. La larghezza delle vie è, secondo una legge delle XII tavole, di otto piedi nei tratti rettilinei, di 16 piedi nelle curve. 7. MANTENGANO LA STRADA: SE NON L'HANNO ACCIOTTOLATA, SI FACCIA PASSARE IL BESTIAME DOVE SI VUOLE. 8a. SE L'ACQUA PIOVANA ARRECA DANNI ... 8b. Se un rivo d'acqua fatto passare in un luogo pubblico reca danno ad un privato, secondo le XII tavole, vi sarà azione per il risarcimento del danno al padrone [del fondo danneggiato]. 9a. La legge delle XII tavole volle fare in modo che venissero tagliati i rami di un albero che erano a meno di quindici piedi dal suolo [al di sopra del fondo del vicino]. 9b. Se un albero che cresce sul fondo del vicino, viene piegato sul tuo fondo, potrai legittimamente agire secondo la legge delle XII tavole per farlo eliminare. 10. Le XII tavole stabilirono che è consentito raccogliere le [proprie] ghiande cadute sul fondo altrui.

<p style="text-align: center;"><b>14</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Tab. 10.1,9</b></p> <p>1. HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO NEVE URITO (Cic. de leg. 2.23.58).  9. Rogum bustumve novum vetat propius lx pedes adigi aedes alienas invito domino. Forum ... bustumve usucapi vetat (Cic. de leg. 2.24.61).</p>	<p style="text-align: center;"><b>14</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Tav. 10.1,9</b></p> <p>1. Un morto non sia né seppellito né bruciato entro la città.  9. Vi sono inoltre due leggi sui sepolcri; una che vieta di fare un rogo o di innalzare una nuova sede per roghi a meno di sessanta piedi dalla casa altrui senza il consenso del proprietario. L'altra che vieta l'usucapione del vestibolo del sepolcro o della sede per i roghi.</p>
<p style="text-align: center;"><b>15</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Interdictum de arboribus caedendis</b></p> <p>Quae arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat quo minus pedes quindecim a terra eam altius coerceas, tunc quo minus illi ita coercere lignaque sibi habere liceat vim fieri veto.</p>	<p style="text-align: center;"><b>15</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Interdetto della potatura degli alberi</b></p> <p>Se un albero sporge dal tuo terreno sul suo e dipende da te la mancata potatura che lo tenga ad almeno quindici piedi da terra, vieto l'uso della violenza per impedirgli di potare in quel modo l'albero e di tenere per sé la legna].</p>
<p style="text-align: center;"><b>16</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Interdictum de glande legenda</b></p> <p>Glandem quae ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoque die legere auferre liceat vim fieri veto.</p>	<p style="text-align: center;"><b>16</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Interdetto della raccolta dei frutti</b></p> <p>Se cadono i frutti dal suo terreno sul tuo, vieto l'uso della violenza per impedirgli, a giorni alterni, di raccogliarli e di portarli via].</p>
<p style="text-align: center;"><b>17</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 8.5.8.5 (Ulp. 17 ad ed.)</b></p> <p>Aristo Cerellio Vitali respondit non putare se ex taberna casiaria fumum in superiora aedificia iure immitti posse, nisi ei rei servitutem talem admittit. Idemque ait: et ex superiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet: in suo enim alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat, fumi autem sicut aquae esse immissionem (...)</p>	<p style="text-align: center;"><b>17</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 8.5.8.5 (Ulp. 17 ad ed.)</b></p> <p>Aristone risponde a Cerennio Vitale di non reputare che egli, dal caseificio, possa con diritto immettere fumo nell'edificio soprastante, a meno che questo edificio non sia soggetto ad una servitù a tale effetto: infatti egli ammette tale servitù. E lo stesso giurista afferma che dal caseificio soprastante non è lecito immettere acqua o qualsiasi altra cosa nell'edificio inferiore; nella sua proprietà infatti uno può fare qualsiasi cosa fintanto che nulla immetta nella proprietà altrui e quelle di fumo come di acqua sono immissioni (...).</p>



<p style="text-align: center;"><b>18</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 50.10.3 pr. (Macer 2 de off. praes.)</b></p> <p>Opus novum privato etiam sine principis auctoritate facere licet, praeterquam si ad aemulationem alterius civitatis pertineat vel materiam seditionis praebeat vel circum theatrum vel amphitheatrum sit.</p>	<p style="text-align: center;"><b>18</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 50.10.3 pr. (Macer 2 de off. praes.)</b></p> <p>Un'opera nuova può farsi a spese private anche senza l'autorizzazione del principe, eccettuato il caso in cui tale lavoro si volesse fare ad emulazione di altre città, o costituisse motivo di sedizione, oppure fosse un circo, un teatro o un antiteatro.</p>
<p style="text-align: center;"><b>19</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai 2.40-41</b></p> <p>Sequitur, ut admoneamus apud peregrinos quidem unum esse dominium; nam aut dominus quisque est aut dominus non intellegitur. Quo iure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus erat aut non intellegebatur dominus. Sed postea divisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. 41. Nam si tibi rem mancipi neque mancipavero neque in iure cessero, sed tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficitur, ex iure Quiritium vero mea permanebit, donec tu eam possidendo usucapias: semel enim impleta usucapione proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex iure Quiritium tua res esse, ac si ea mancipata vel in iure cessa esset.</p>	<p style="text-align: center;"><b>19</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai 2.40-41</b></p> <p>[Dobbiamo avvertire che presso gli stranieri c'è una sola proprietà: ciascuno invero o è proprietario o non lo si considera tale. Una volta anche il popolo romano seguiva questo criterio: ognuno infatti o era proprietario per il diritto dei Quiriti, o proprietario non lo si riteneva. Ma poi la proprietà ammise una divisione, per cui uno può essere proprietario per il diritto dei Quiriti, e un altro avere il godimento. Se infatti una cosa mancipi non te l'avrò mancipata né ceduta in tribunale, ma soltanto consegnata, la cosa entra fra i tuoi beni, tuttavia rimarrà mia per il diritto dei Quiriti fino a che tu col possederla la usucapisca: ad usucapione compiuta comincia ad essere tua di pieno diritto, cioè in godimento e per il diritto dei Quiriti, come se fosse mancipata o ceduta in tribunale.</p>
<p style="text-align: center;"><b>20</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Actio Publiciana</b></p> <p>C. Aquilius iudex esto. Si quem hominem Aulus Agerius emit et is ei traditus est anno possedisset, nam si eum hominem de quo agitur ex iure Quiritium eius esse pareret, si ea res arbitrio C. Aquilii iudicis A. Agerio non restitueretur, quanti ea res erit, tantam pecuniam C. Aquilius iudex N. Negidium A. Agerio condemnato, si non paret absolvito.</p>	<p style="text-align: center;"><b>20</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Azione Publiciana</b></p> <p>Sia giudice Aquilio Gallo. Se, qualora Aulo Agerio avesse posseduto per un anno lo schiavo comperato e consegnato, risulta che lo schiavo di cui si tratta è di Aulo Agerio in base al diritto dei Quiriti ed lo schiavo non sarà restituito ad Aulo Agerio in conformità della valutazione arbitraria del giudice Aquilio Gallo, il giudice Aquilio Gallo condanni Numerio Negidio nei confronti di Aulo Agerio per una somma pari al valore che avrà la cosa (al momento della sentenza), se non risulta lo assolva.</p>
<p style="text-align: center;"><b>21</b></p> <p style="text-align: center;"><b>C. 7.25.1 Imp. Iustinianus Iuliano (a. 530-531)</b></p> <p>Antiquae subtilitatis ludibrium per hanc decisionem expellentes nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos vel nudum ex iure quiritium vel tantummodo in bonis reperitur, quia nec huiusmodi</p>	<p style="text-align: center;"><b>21</b></p> <p style="text-align: center;"><b>C. 7.25.1 Imp. Iustinianus Iuliano (a. 530-531)</b></p> <p>Eliminando con la presente decisione una presa in giro dell'antica pedanteria, non ammettiamo differenza alcuna tra domini, presso i quali si trovi un puro e semplice ex iure Quiritium, che è in tutto simile ad un</p>

<p>esse volumus distinctionem nec ex iure quiritum nomen, quod nihil aenigmate discrepat nec umquam videtur neque in rebus apparet, sed est vacuum et superfluum verbum, per quod animi iuvenum, qui ad primam veniunt legum audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquae dispositiones accipiunt. sed sit plenissimus et legitimus quisque dominus sive servi sui sive aliarum rerum ad se pertinentium.</p>	<p>enigma, né mai la si vede e neppure la si riscontra nella struttura delle cose, anzi è parola vuota e superflua, con la quale lo spirito dei giovani, che vengono alle prime lezioni di diritto, ricevono atterriti, insieme con i suoi primi elementi, inutili concezioni dell'antico diritto. Ma ognuno sia invece pienissimo e legittimo proprietario dello schiavo o di qualunque cosa gli spetti.</p>
<p style="text-align: center;"><b>22</b></p>	<p style="text-align: center;"><b>22</b></p>
<p style="text-align: center;"><b>D. 6.2.pr.-1 (Ulp. 16 ad ed.)</b></p>	<p style="text-align: center;"><b>D. 6.2.1.pr.-1 (Ulp. 16 ad ed.)</b></p>
<p>Ait praetor: "si quis id quod traditur ex iusta causa non a domino et nondum usucaptum petet, iudicium dabo" .1 Merito praetor ait "nondum usucaptum": nam si usucaptum est, habet civilem actionem nec desiderat honorariam (...).</p>	<p>Afferma il pretore: "qualora si chieda giudizialmente ciò che è stato trasferito a non domino e non ancora usucapito, darò l'azione". 1. Giustamente il pretore afferma "non ancora usucapito": infatti qualora vi sia stata usucapione si ha l'azione civile e non si richiede l'azione pretoria (...).</p>

**FONTI**

**V**

**OBBLIGAZIONI**

1	1
<p style="text-align: center;"><b>D. 44.7.3.pr. (PAULUS, libro secundoinstitutionum)</b></p> <p>Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum aut servitutem nostram faciat, <b>sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid vel faciendum vel praestandum.</b></p>	<p style="text-align: center;"><b>D. 44.7.3pr. (PAOLO libro secondo delleistituzioni)</b></p> <p>La sostanza delle obbligazioni sta in ciò, che si renda nostra qualche cosa, o qualche servitù, <b>ma sta in ciò che si obblighi taluno verso di noi a dare, fare, prestare qualcosa.</b></p>
2	2
<p style="text-align: center;"><b>I. 3.13 pr.</b></p> <p>Nunc transeamus ad obligationes. <b>Obligatio est iuris vinculum</b>, quo necessitate adstringimur alicuius solvendae rei, secundum nostrae civitatis iura.</p>	<p style="text-align: center;"><b>I. 3.13pr.</b></p> <p>Ora passiamo alle obbligazioni. <b>L'obbligazione è un vincolo giuridico</b> in forza del quale siamo costretti a pagare qualche cosa secondo il diritto della nostra civitas.</p>
3	3
<p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.88</b></p> <p>Nunc transeamus ad obligationes, quarum summa diuisio in duas species diducitur: <b>omnis enim obligatio vel ex contractu nascitur vel ex delicto.</b></p>	<p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.88</b></p> <p>Passiamo ora alle obbligazioni. La loro divisione principale si sostanzia in due categorie: infatti, <b>ogni obbligazione nasce da contratto o da delitto.</b></p>
4	4
<p style="text-align: center;"><b>D. 44.7.1pr. (GAIUS libro secondo rerumquotidianarum sive aureorum)</b></p> <p>Obligationes aut ex contractu nascuntur aut ex maleficio aut proprio quodam iure ex variis causarum figuris.</p>	<p style="text-align: center;"><b>D. 44.7.1.pr. (GAIO libro secondo delle cosequotidiane ossia delle cose auree)</b></p> <p>Le obbligazioni nascono, o da contratto, o da delitto (ex maleficio), o, per proprio diritto, da varie specie di cause.</p>

5	5
<b>I. 3.13.2</b>  Sequens divisio <b>in quattuor species deducitur: aut enim ex contractu sunt aut quasi ex contractu aut ex maleficio aut quasi ex maleficio.</b> prius est, ut de his quae <b>ex contractu</b> sunt dispiciamus. <b>harum aequae quattuor species sunt: aut enim re contrahuntur aut verbis aut litteris aut consensu.</b> de quibus singulis dispiciamus.	<b>I.3.13.2</b>  La partizione successiva le divide in <b>quattro specie: giacché ci sono o (obbligazioni) da contratto, o quasi contratto, o da delitto (ex maleficio), o quasida delitto (ex maleficio).</b> E' il caso che prima trattiamo di <b>quelle che nascono da contratto.</b> Di queste, pure, ci sono <b>quattro specie: infatti o si contraggono mediante cosa (re), mediante parole (verbis), o mediante scritto (litteris), o mediante consenso (consensu).</b> Vediamole distintamente.
6  <b>Gai. 3.89</b>  Et prius videamus de his, quae ex contractu nascuntur. harum autem quattuor genera sunt: <b>aut enim re contrahitur obligatio aut verbis aut litteris aut consensu.</b>	6  <b>Gai. 3.89</b>  Vediamo prima quelle che nascono da contratto. <b>Di queste ci sono quattro generi: l'obbligazione, infatti, si contrae o mediante cosa o parole oscrritti o consenso.</b>
7  <b>Gai. 3.90</b>  <b>Re contrahitur</b> obligatio velut mutui datione; mutui autem datio proprie in his fere rebus contingit, quae res pondere, numero, mensura constant, qualis est pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum, aes, argentum, aurum; quas res aut numerando aut metiendo aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant et quandoque nobis non eadem, sed aliae eiusdem naturae reddantur. unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita tibi a me datum est, ex meo tuum fit.	7  <b>Gai. 3.90</b>  <b>L'obbligazione si contrae mediante cosa</b> come nel caso della dazione a mutuo. La dazione a mutuo concerne propriamente quelle cose che valgono per peso, numero o misura, come sono il denaro contante, il vino, l'olio. Noi diamo queste cose, numerandole o misurandole, o pesandole, affinché diventino di chi le riceve, e ci vengano un giorno restituite, non le stesse, ma altre della stessa misura. Per questo è chiamato mutuo, perché quel che così ti è dato da me, diventa da mio tuo.

<p style="text-align: center;"><b>8</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.92-93</b></p> <p>92. Verbis obligatio fit ex interrogatione et responsione, velut DARI SPONDES? SPONDEO, DABIS? DABO, PROMITTIS? PROMITTO,</p>	<p style="text-align: center;"><b>8</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.92-93</b></p> <p>92. L'obbligazione verbale si forma con una domanda e una risposta, come: prometti che sarà dato? Prometto. Darai? Darò. Prometti? Prometto.</p>
<p>FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO, FIDEIUBES? FIDEIUBEO, FACIES? FACIO.</p> <p>93. Sed haec quidem verborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO propria civium Romanorum est; ceterae vero iuris gentium sunt, itaque inter omnes homines, sive cives Romanos sive peregrinos, valent...</p> <p style="text-align: center;"><b>9</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.128-130</b></p> <p>128. <b>Litteris obligatio</b> fit veluti in nominibus transscripticiis. fit autem nomen transscripticium duplici modo, vel a re in personam vel a persona in personam.</p> <p>129. A re in personam transscriptio fit, veluti si id, quod tu ex emptionis causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero.</p> <p>130. A persona in personam transscriptio fit, veluti si id, quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est si Titius te pro se delegaverit mihi.</p> <p>[131.132.133]...</p> <p>134. Praeterea litterarum obligatio fieri videtur chirografis et syngrafis, id est, si quis debere se aut daturum se scribat, ita scilicet, si eo nomine stipulatio non fiat. quod genus obligationis proprium peregrinorum est.</p>	<p>Fideprometti? Fideprometto. Presti fideiussione? Presto fideiussione. Farai? Farò.</p> <p>93. Ma l'obbligazione verbale "dari spondes? Spondeo?" [prometti che sarà dato? Prometto] è propria solo dei cittadini romani, mentre le altre sono di diritto delle genti, e quindi hanno valore per tutti gli uomini, sia cittadini romani che stranieri...</p> <p style="text-align: center;"><b>9</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.128-130</b></p> <p>128. <b>L'obbligazione mediante scritti</b> si ha, ad esempio, coi titoli trascritti. Il titolo trascritto si fa in due modi, o da cosa in persona, o da persona in persona.</p> <p>129. Si fa la trascrizione da cosa in persona se, ad esempio, quel che tu mi devi per compera, conduzione o società, io lo porti in conto come versato a te.</p> <p>130. Si fa la trascrizione da persona a persona se, ad esempio, ciò che mi deve Tizio io lo porti come versato a te, ossia se Tizio ti abbia delegato a me.</p> <p>[131.132.133]...</p> <p>134. Un'obbligazione letterale appare inoltre aversi coi chirografi e con le singrafi, cioè se uno scriva che deve o che darà: ovviamene, se, a tal titolo, non abbia luogo una stipulazione. Questo genere di obbligazioni è proprio degli stranieri.</p>

<p style="text-align: center;"><b>10</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.135-136</b></p> <p>135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis.</p> <p>136. Ideo autem istis modis consensu dicimus obligationes contrahi, quod neque verborum neque scripturae ulla proprietas desideratur, sed sufficiteos, qui negotium gerunt, consensisse. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti</p>	<p style="text-align: center;"><b>10</b></p> <p style="text-align: center;"><b>Gai. 3.135-136</b></p> <p>135. Obbligazioni mediante consenso si hanno nelle compravendite, locazioni conduzioni, società e mandati.</p> <p>136. In tutti questi casi diciamo che le obbligazioni si contraggono mediante consenso, in quanto non si richiedono speciali parole o scritti, ma è sufficiente che coloro che compiono il negozio abbiano consentito. Perciò tali negozi si contraggono anche tra assenti, ad esempio per lettera o per messaggero;</p>
<p>per epistulam aut per internuntium, cum alioquin verborum obligatio inter absentes fieri non possit.</p>	<p>mentre viceversa un'obbligazione verbale tra assenti non può aversi.</p>
<p style="text-align: center;"><b>11</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 50.16.19 (ULPIANUS libro undecimo adedictum)</b></p> <p>Labeo libro primo praetoris urbani definit, quod quaedam "agantur", quaedam "gerantur", quaedam "contrahantur": et actum quidem generale verbum esse, sive verbis sive re quid agatur, ut in stipulatione vel numeratione: contractum autem ultro citroque obligationem, quod graeci synallagma vocant, veluti emptionem venditionem, locationem conductionem, societatem: gestum rem significare sine verbis factam.</p>	<p style="text-align: center;"><b>11</b></p> <p style="text-align: center;"><b>D. 50.16.19 (ULPIANO libro undicesimosull'editto)</b></p> <p>Labeone, nel primo libro dedicato all'editto del pretore urbano, dice cosa significino le parole: "quaedam agantur", "quaedam gerantur", "quaedam contrahantur". Actum è una voce generale, sia che si agisca con le parole sia col fatto, come nel caso della stipulazione o della numerazione; contractum significa invece, l'obbligazione reciproca, quello che i Greci chiamano "sinallagma", come nella compravendita e vendita, nella locazione e conduzione, nella società; gestum significa l'affare indipendentemente dalle parole.</p>

**Nb.**

**Per il testo in italiano dei frammenti del Digesto di Giustiniano si è tenuta la classica traduzione ottocentesca del Vignali (Corpo del diritto, Napoli 1856-62), e per i paragrafi tratti dalle Istituzioni di Gaio della traduzione ottocentesca a cura di Tedeschi (Istituzioni di Gaius commentarii quattro, I-II, Verona 1857) aggiornandoli, in qualche punto, nello stile e modificandoli quando è apparso opportuno.**

**Il testo degli esempi di azioni del processo formulare è tratto da D. Mantovani, Le formule del processo privato romano, Per la didattica delle Istituzioni di diritto romano, Padova 1999. Le traduzioni relative sono le mie.**

**Stefania Fusco**